

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Minerva, sive de causis latinae linguae commentarius

Sánchez, Francisco

Schoppe, Caspar

Perizonius, Jacobus

Franequera, 1687

XXI. Lustra

[urn:nbn:de:bsz:31-109138](#)

tatur, quæ ideo sic vocatur, quod minus sit
horrida, villosa, & veluti spinosa.

XX. ORTHOPNOEA.

Cœlius Aurelianus lib. 3. cap. 1. Chro-
nion, quum fere attigisset, quid esset
Orthopnœa, id est, spirandi difficul-
tas, subdit: Item, ut alii dicunt, contrario voca-
bulo suæ virtutis nomen accepit: nam quum sui ratio-
ne convertat, ac depravet, tanquam corrigat, Ortho-
pnœa nuncupatur, quam nos spirandi dicere correctio-
nem poterimus; multa enim contrariae interpreta-
tio-
nis vocabulum simpliciterunt; ut fella, que Græci
γλοκεα vocant, velut dulcia; quum sint amarissima.
Hæc verba coincidunt cum illis Plinii ex ca-
pite præcedenti, utraque ex ingenio Gram-
maticorum. Quanto simplicius, & rectius di-
ceretur; *Orthopnœa ideo dicitur, quia nisi
recto, & extenso collo spiritum emittere non
possimus.

XXI. LUSTRA.

Servius lib. 1. Aeneid. sic; *Lustra*, & *Lu-*
percalia per contrarium dicimus: quia parum lu-
strantur. Sed quantum Servius fallatur, &
jam sæpe docuimus, & de Lustris egimus sa-
tis in Regula quinta, quum discepravimus,
unius vocis unicam esse significationem.
Erunt & alia multa, quæ Grammatici,
ut sunt ad errores ingeniosi, comminiscun-
tur. Sed hæc satis fuerit confutasse; ex qui-
bus

* *Orthopnœa ideo dicitur*] Vide & Voss. Inst. Ostat. III. 13.
11. ubi item Antiphrafin, ut futile Grammaticorum in-
ventum, expludit.

Reſponſi
bos facile in
cem, que
pollit significati

R E
ad

Criſti
ſacra:
ſin fig
quiun
Orth

* Nam Sele
Sandio vera
poteriores
tus quan
tus pro P
rum proprie
ſolumpodo
integre, co
minim, ut
timam: fe
ſificatio ej
continuo pe
ne, quod e
hauſit ex V
Nullum igne
ſa, ut & pr
aliborini;
us, sic Liviu
mifero, Cap
tu mifare
d, lo ea eti
volumen dec
punt, Salomon
vita, & lo
ſi, lo la le
punt nlo, nlo

Responsio ad quædam Objecta. 633

bus facile intelligetur, nullam posse esse vocem, quæ ex impositoris mente contrarium possit significare.

RESPONSI

ad quædam Objecta.

Scipio in quadam epistola; *iusta solennia facere*: reprehendor in orthographia, &c in significatione; * nam *solenne*, inquiunt, est, quod quotannis fieri solet. Orthographia vera est: dicitur enim

R t s sol-

* *Nam Solenne inquiunt &c.]* Crediderim quidem cum Sanctio veram esse Orthographiam, qua usus est; sed posteriores tamē Veterum dixisse censem *Solennis* potius quam *Solemnis*; Plane sicuti maluerunt tandem *Portunus* pro *Portunnus*, *Fortuna* pro *Fortunna*. Porro crediderim proinde etiam, primius quidem id vocabulum, utpote solummodo derivatum & deductum à *Solus* h. e. totus, integer, non tam significatè *principium*, *singulare* & *extremum*, ut nos Sanctius explicat, quam *Perpetuum*, *Continuum*: sed tamen deinceps adhibitum revera in significatione ejus, *quod omnis annis fieret*, & quod sic usus continuo perseveraret. Sic utique Festus in *Solilo*: *solenne*, *quod omnis annis præsumi debet*. Festus autem sua hausti ex Verio Flacco, qui vixit temporibus Augusti. Nullum igitur potest esse dubium, quin Verrini eo sensi, ut & pro eo, *quod usitatum sit*, illud vocabulū adhibuerit, & hanc dubie plures illo tempore. Ne dubites, sic Livius I. 7. *Tradito servis publicis solenni familiæ ministerio*. Cap. 31. *Manxit certe solenne*, ut *quandounque nunciarent idem prodigium*, *feria agerentur* XXXVIII. 48. *In ea civitate*, *qua in solennibus verbis habet*, *quam triumphum decernit*: *Quod bene ac feliciter Remp. administravit*. *Solemnis* hæc Verba quid aliud quæsio sunt, quam usitata, & longe usu continuata. Pomp. de Or. juris. §. 6. *Ex his legibus Actiones compositæ sunt*, *quas ne populus prout vellet, institueret*, certas *solemnesque esse voluerint*. In-

te-